

*proprie dictum (cf. Iordan top. I 2 p. 455 seq.): descriptis saec. XV Poggius et ante hunc Nicolaus Laurentii f. (Cola di Rienzi) primus auctor syllogae q. d. Signorilii; saec. XV excunte frustra quaesivit Iucundus (I 592. VI 4544). — Pertinuit inscriptio ad ipsum sine dubio aedificium in quo lecta est (cf. Iordan ann. inst. arch. 1881 p. 67 seq.). Coniuncta autem videtur fuisse haec aedificatio Catuli cum restituitione magnae aedis Capitolinae, quam idem consul suscepit Sulla mortuo a. 676.*

**35<sup>a</sup>** [Q. Lu]tatius Q. f. Q. n. C[atulus cos. | de s]en. sent. faciundu[m coeravit] | eidemque prob[avit].

*Romae in eodem aedificio rep. a. 1845 (I 591. VI 4545; Ritschl tab. LXIXc; Iordan ann. inst. arch. 1881 p. 69).*

**36** P. Servilius C. [f.] | Isauricus | imperator cepi[t]

*Romae (I 4506 ad exemplum unicum factum ab ignoto auctore a. 1690). — P. Servilius C. f. M. n. Vatia consul a. 675, triumphavit a. 680 ex Cilicia, Isauricusque appellatus est.*

**37** C. Salluio C. f. Na'soni<sup>1</sup> leg. pro pr.<sup>2</sup> | Mysei Ab[b]aitae et Epicte[ete]s<sup>3</sup>, | quod eos bello Mitrhida[ti]s | conservavit, virtutis ergo. | Γ[αῖ]ω Σαλλονίω Γαῖον νίῶι Νάσωνι | πρεσβευτῆς οὐλ ἀντιστρατηγῶι Μυσοὶ | Αββαιεῖται οὐλ Ἐπικτητεῖς, ὅτι αὐτοὺς | ἐν τῷ πολέμῳ τῷ Μιθριδάτους | διετήρησεν, ἀγδρόγας ἔνενεν.

*Ad lacum Nemorensem rep. inter ruderā fani Aricini Dianaē, columnā marmorea (XIV 2248). — 1) Apex in NA'SONI ex vetustissimis qui innotuerunt. — 2) Homo praeterea ignotus, idem primus qui in inscriptionibus adhuc repertis dictus sit legatus pro praetore (proximus est Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus, tit. Cyrenens. ap. Dittenberger syll. 262); videtur in Asia vices egisse L. Luculli proconsulis, occupati expeditione Pontica anno 681 seq. (cf. Th. Reinach revue de phil. 1890 p. 448). — 3) Populi hi Mysiae memorantur a Strabone, alter etiam in nummis.*

### Lex Antonia de Termessensibus.

**38** I de Termesi. Pisid. mai.<sup>1</sup>

G. Antonius M. f., Cn. Corne[lius] . . f., Q. Marcius . . f., L. Hostilius . . f., C. Popilius . . f., M. Valerius . . f., C. Antius . . f., Q. Caecilius . . f., L. V . . . . . f.<sup>2</sup>] | C. Fundanius C. f. tr. pl. de s. s.<sup>3</sup> plebem [ioure rogaverunt] . . . . . | preimus scivit. |

Quie Thermeses maiores Peisidae fuerunt, queique | eorum legibus Col. 1 Thermesium maior[u]m<sup>4</sup> Pisidarum | ante k. April., quae fuerunt L. Gellio Cn. Lentulo cos.<sup>5</sup>, | Thermeses maiores Pisidae factei sunt, queique | ab 5 ieis prognati sunt erunt, iei omnes | postereique eorum Thermeses maiores Peisidae<sup>6</sup> | leiberei amicei socieique populi Romani sunto, | eique legibus sueis ita utunto, itaque ieis | omnibus sueis legibus Thermensis maioribus | 10 Pisideis utei liceto, quod advorsus hanc legem | non fiat. |